latius in suo tenore carét, atque eum de Regno et Dominijs nostris Bannitum et proscriptum esse declarauimus ad publicandamque Bannitionem eiusmodi Ministerialem Terrestrem Generalem praefatum Christophorum Chi-zowski parti Actrici addidimus qui quidem Christophorus Chi-zowski ad Judicium nostrum rediens et debitum officij sui edens recognouit se eundem Joannem Rusinowski pro Bannito et proscripto voce sonora in locis publicis proclamasse et publicasse. Nos vero inhaerendo eidem publicationi bannitionis praefato eundem Joannem Rusinowski tanquam proscriptum vbicunque repertus fuerit capi et ad satisfactionem omnium praemissorum uti Juris et per loci et locorum Capitaneos sub cuius et quorum iurisditione tam persona quam bona citati reperta fuerit cogi remque iudicatam praefatam tam in persona quam in bonis ipsius executioni demandari debere decreuimus decernimusque decreti nostri vigore. In cuius rei fidem etc. Dat. Crac. Feria Sexta Ante Festum Sancti Thomae Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quarto Regnorum etc. Rellatio etc. Domini Tilicki etc. Nos itaque supplicationi praefatae annuentes literas decreti praefati prout in Actis Cancellariae nostrae continentur describi atque authentice extradi mandauimus. In cuius rei etc. D. Crac.

Saluus conductus infami

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod cum expositum nobis esset tum ex processu Judiciario intellexissemus Jacobum Thomam Stanislaum Martinum Swier-czkowskie olim Andreae Swierczkowski Wochna filios in Judicio Capitaneali Zakrocimensi ad instantiam Famatorum Gasparis Lubran-chik dicti Wymociszek de Cetrabsko Bartholomei Jadowski de Pultowsk et Andreae Lotis de Zakrocim mercatorum ratione spolij eisdem mercatoribus in nundinis nouae Ciuitatis Sabbatho in Vigilia Sanctissimae Trinitatis cellebratis in mercimonijs eorundem per praedictos Swierczkowskie facti in contumaciam in poena infamiae condemnatos et publicatos esse: necnon nobiles Jacobum et Martinum olim Andreae Swierczkowski Wochna filios etiam in Judicio Castrensi Capitaneali Zakrocimensi ad instantiam nobilis Jacobi filij olim Vrbani Swierczkowski de Swierczke Kurky et Kodacke Brzeczky quasi pro complicitate nobili Stanislao Rusniewski imposita ratione inuasionis domus in bonis Godacke Brzeczky illiusque obsequiis ..

334

per dictos Swierczewski facto similiter in contumaciam in poena infamiae
condemnatos et publicatos esse. Cumque praedicti nobiles se de eodem
processu ignorasse probare vellent ignorantiamque suam declarare cupe-
rent dummodo autem nostra Regia literas salvi conductus nostri
illis daremus et concederemus. Nos vero animadvertentes legum
et libertatem publicarum Regni huius eum potissimum finem esse
ne quis nisi iure victus ad poenam aliquam condemnetur is vero quoniam
de processu contra se nullam habet notitiam in causa non succumbat
Proinde supplicationi supra commemoratae assensum nostrum praeben-
eaque potissimum ratione adducti quod decreta illa infamiae in contuma-
ciam essent obtenta salvum conductum nostrum eisdem nobilibus
concessimus concedimusque hisce praesentibus ad spacium sex men-
sium quo illi muniti secure et libere in Regno et ditionibus Regni
nostri versari negocia sua licita et honesta peragere coram Iudici-
is et subsellijs quibusvis comparere actus iuridicos exercere et
perficere possint personis rebusque illorum salvis hac nostra Regia
protectione accedente ita tamen ut ipsi sese modeste et pacate gerant
de malo vero obtento processu absque ulla intermissione et mora cum
parte adversa agant seu institutam hoc nomine causam prosequan-
tur. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Capitaneis locorum
quorumvis vel eorum loca tenen: ad notitiam deducen. mandamus
ut hasce literas nostras ab eisdem nobilibus requisiti per mi-
nistrum terrestrem quemcunque publicari et ad omnium notitiam deduci fa-
ciant easque sub poenis in violatores salvi conductus nostri sancitis
observent. In cuius rei fidem praesentibus sigillum Regni nostri
est subimpressum.

Libertas cum exempto a iurisdone

Sigismundus etc. Significamus

Quia nos Nobilis Stanislai Kichowsky Stolnici nostri industri-
am perspectam et comendatam habentes ac opera ipsius in laboribus
et rebus montanis expediendis saepius uti volentes eundem in nu-
merum servitorum nostrorum recipiendum esse duximus prout iam
ex nunc recipimus eique praerogativas et immunitates infrascriptas
concessimus Primum quidem ut liberum sit eidem hospites in
domum suam in fundo Mierziaczka inter domos Synchinska ex
una et domum Kosciołowska dictam ex altera partibus sitam